

ad consulendum archiepiscopum et clerum
 venit Bretram qui omnes dixerunt non
 debere hoc facere. Ipse tamen libenter fecisset
 sed quia majores sui resistebant, abstinuit:
 ideo decimas non recipiebat prohibente Duce
 et quamvis temporalia non mesuit, spiritualia
 tamen eis ratione sui officii seminavit. Dedicavit
 itaque oratorium in Wualina id est Hoyerstorp
 et in Bornehoved id est Sventinevel ^{ventu}
 ad novam civitatem quae subeck dicitur con-
 fortatis incolis edificavit ibi altare Domino.
 Inde venit in Aldenborch quorum Dells
 dicebatur Prone et princeps terra Duchel
 de semine retonis idolatra et pirata maximus
 nomen flaminis qui praecerat superstitioni
 dictus est Myke. Proposito eis verbo salutis
 pauci acquirerunt fidei. Data igitur castris
 lignorum, pecunia, fabrica prope vallum ur-
 bis antiqua erecta est, quo omnis terra die Do-
 minica propter mercatum convenerat.

Cap. 23.

Post hoc in Luneborch accepit a Duce investi-
 turam id est episcopatum per virgam de manu
 Ducis ut fides haberet propugnationem a Duce
 & comite. Deditq. sibi Dux villam Bruz id est
Brisow sive Prezona cum suis pertinentiis & Comes
 noster qui et ibi erat dedit illi medietatem decimarum.
 Et terra Lordalbingorum Flavorum ^{quo}
 composita

composita